

Andreas Cricius episcopus Premi:
sliensis, Petro Tomicki Cracoviensi et
Posnaniensi episcopo regni Polonia
vicecancellario.

172

Reverendissime mi domine. Scripsit mihi
dominus Witwinski, mortuum dominum Dur:
nin. Supplicio reverendissime dominationi ve:
stre, non id quod illam diligentissime age:
re persuasum habeo, ac in ve mea didi:
ci, ne monendi memorem inmemorem faue:
rem, sed ut me spe aliqua de potiundis
votis nostris consoletur. Idem fauere digner:
tur de patre mei Ozarowski, nam me quo:
tidie dominus camerarius munusculis esca:
ris sollicitat, neque quodammodo negligens:
torem putat, dum in ave non videat me
ob id satagentem.

Mi reverendissime domine, placet mihi
dominum archiepiscopum, proassum illum
de rapinis in bonis spiritualium com:
missis, edidisse, cum ne in tanta adversum
nos insolentia omnino nihil agere viderer:
mur, cum ut aculeis illis indeantibus tur:
bator ipse turbas sibi conciat. Neque or:
minino ab re putarem, talis proassus,
non eo tamen exemplo, tam a reverendis:
simo domino Cracoviensi, quam etiam ab
aliis dominis episcopis promulgari. Nam
qui

qui illatam iniuriam fert, ad inferendum sibi alteram invitat. Sed haec reverendissima dominatio vestra prudentius discutiet.

Dominum Rambiewski ad archidiaconatum Cracoviensem admittendum censeo, nam ut ille est tractabilis, facile de ipso sacerdotio reverendissima dominatio vestra cum Domino Cracoviensi, ut volent, disponere poterunt, potius quam aliqui Romanensis involare deberet, nisi reverendissima dominatio vestra aliter censeat.